

Petro Francio.

D.
Doctissimo Petro Francio
C. Huygenius.
S.

(533).

Illustrissimo Furstenbergio, qui apud me quidem omnibus
ejusmodi Praelatis, summo suo merito preelatus fuit, pie
mi Franci, erudite atque ornatè parentasti. Adde item
Juridicè et ex lege, per quam quisque suorum verborum
justus dicitur interpres. Hoc officio quam aptè et audaciter
functus sis, hinc apparet, quod vix discerni possit quâ parte
auctor haberi debeas, quâ traductor. Gratulari tibi
palmulam, quae quanto paucioribus inter nostros obtin
git, tantò redigniorum censeo. Vale et quod solum, me ama.

Cum Pedagogos et simul Chiragos
doloribus quanguam non acerrimis
hinc diebus conflictatus sum, ea res
mihi, ut ferè fit, alacritatem animi
fregit, et scribendi lubentiam proinde
ex se sic traxit, ut meo, qui serò
lentèque respondeam.